LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 27r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

est illud: quod digitis hoīs ex lapidibo aut ere. Alia ue materia fabricatur:
sed ipse homo qm̄ sentit & mouetur. & multis magnasq; actiones habet:
Hec intelliguntur homines ineptissimi: q si sentire simulacra & mouerī pos
sent: ultro adoratura hominem fuissent: a quo sunt expolita: quae essent
aut incultus & horridus lapis aut materia informis ac rudis: nisi fuisset
ab homine formata: Homo igitur illorum quasi parens putandus est. p
cuius manus nata sunt: p quam figurarum spem pulcritudinem habe
coeperint: Et ideo melior qui fecit: q̄ illa quae facta sunt: & tamen factorem
ipsum nemo suspicit aut veretur: quae fecit timet tamq̄ possit plus esse i
opere: q̄ in opifice: Recte igitur Seneca in libris moralibus: Simulacra inq̃t
deorum venerantur: Illis supplicant genu posito: illa adorant: illis p to
tum assidunt diem aut astant: illis stipem iaciunt: vicissim cedunt: &
cum haec tantopere suspiciant fabros: qui illa fecere: contempnunt: Quid
inter se tam contrarium: q̄ statuarū despicere factorem: statuam adorare:
& cum ne in conuiciis quidem admittere: qui tibi deos faciat: Quam
ergo vim: quam potestatem hīre possunt: cum ipse: qui fecit illa nō habeat:
Sed ne haec quidem h dare his potuit: quae habebat. uidere. audire. loqui. mo
ueri: Quisq̄ ne igitur tam ineptus est: ut puteat aliquid esse in simulacro
dei: in quo ne hominis quidem quicq̄ est praeter umbram: Sed haec
nemo considerat: Infecti sunt.n. pstitione: ac mentes eorum penitus
lucum stultitiae pbiberunt: Adorant ergo insensibilia: qui sentiunt irra
tionabilia: qui sapiunt exanima: qui uiuunt terrena: qui oriuntur e
caelo: fuitne igitur velut in aliqua sublimi spelunca constitutum: unde
omnis exaudire possint: psianum illud exclamare: O curue in terris a
nime & caelestium inanes caelum potius intueamini: ad cuius spec ta
culum vos excitauit ille artifex noster deus. Ille uobis sublime uultū dedit:
vos in eam curuamini: vos altas mentes & ad parentem suum cum cor
pibus sunt erectus ad inferora deprimitis tamq̄ vos penitet non quadru
pedes esse natos fas non est caeleste animal cum ireris in terram q̄ urgen
tibus adequari: Quid bōficis caelestibus orbati pronique in humū vri
sponte pcumbitis: Humi n. miseri uolutamini: cum deorsum q̄ntis
quod in sublimi q̄rere debuistis: Nam istae mortalium digitorum ludi
cra & fragilia simulacra figmenta ex quolibet materiae grie formata quid
aliud sunt: nisi terra. ex qua nata sunt: Quid ergo rebus inferioribus sub
iacetis: Quid capitibus vestris terram supponitis: Cum ergo vos terrae sub
mittitis: humiliores q̄ facitis: ipsi vos ultro ad inferos mergitis: ad mortē q̄
dampnatis: quia nihil inferius est terra & humilius: nisi mors & inferi:

Seneca

Persius.